a · Quia vnus eſt .ſ. deus qui eſt pater ⁊ filius: quia non ſunt duo dij ſ; vnus deꝰ. b · In quo euāge. Hec ē quarta ps huius ꝓlogi in qua oſtēditur vtilitas huius euāgelij matth. ⁊ ꝑmo oſtenditur iſta vtilitas in generali reſpectu omniū fideliū. Secūdo oſtendit̄ in ſpeciali q̄tū ad beatū Hierony. ibi: Nobis eniꝫ in hoc ⁊c. In prima enī pte oſtenditur vtilitas q̄tū ad quattuor: quia illi q̄ legunt hoc euāgeliū ꝑfecte illi poſſunt ꝑpēdere miſericordiam dei in vocatione Matthei ad ſtatū apoſtolicū: ⁊ diligentiā apoſtoli in ſcribendo euangelium ⁊ dilectionem dei ex qua voluit incarnari: ⁊ ꝑfectionē humanā q̄ ē in coniunctione ad deū ꝑ fruitioneꝫ quia voluit ſibi naturaꝫ humanā cōiungere ꝑ ipſius aſſumptionem. et h̄ eſt quod dicit: In quo euangelio vtile eſt deſiderantibus deum: id eſt noticiam dei. c · Sic prima vl' media ⁊c. i. principiū medium ⁊ finem huiꝰ euangelij in quo conſiſtit perfectio. d · Et ⁊ intelligāt vocationē apoſtoli: in quo conſiſtit ꝑfectio: quia de h̄ fit ibi mentio. e · Et opus euāgelij quod ipſe deſcripſit fideliter. f · Et dilectionē dei in carne naſcentis: quia ex dilectione voluit incarnari. Sequitur: g · In quo reprehenſi ſunt. i. ad hoc vtile eſt euangelium hoc vt legentes ipm̄. h · Recognoſcāt in eo. i. in chriſto eſſe. ſupple id: In quo apprehenſi ſunt ⁊ apprehendere appetūt. i. ipſaꝫ diuinitateꝫ cui natura noſtra ꝯiuncta eſt i xp̄o i vnitate ſuppoſiti per incarnationem ⁊ quam apprehendere querimus per fruitionem. ⁊ accipitur ibi iſte modꝰ loquēdi de epiſtola ad Phil. iij. vbi dicit ſic Apoſtolus: Sequor autem ſi quo modo apprehendā in quo ⁊ cōprehenſus ſum. i · Nobis enim. Hic tangitur motiuum Hieronymi ad tranſferendum ſeu exponendum Matthei euangelium: ſcilicet vt traderet certitudinem rei geſte in euangelio Matthei vbi oſtēditur vera diuinitas ⁊ vera humanitas ieſu chriſti. ⁊ hoc eſt quod dicit: Nobis enim ⁊c. i. rationis motiue: quia argumētum quedam ratio eſt. k · In hoc ſtudio. i. ad ſtudendum in hoc euangelio tranſferendo et exponendo. l · Et fidem. et ꝓ id eſt certitudineꝫ. m · Facte rei tradere: id eſt geſtoruꝫ chriſti: ⁊ non tacere: ſed magꝭ ſupple declarare. n · Querentibus. i. ſcire volentibus. o · Diſpoſitionem dei operantis in carne: ſcilicet aſſumpta. p · Intelligendum eſſe diligenter. hoc eſt cum magna diligētia ⁊ ſtudio: quia talibus reuelatur euāgelij intelligentia: ſm quod dicitur infra. vij. Querite et inuenietis: pulſate ⁊ aperietur vobis.

¶ Eiuſdem Nicolai de lyra expoſitio ſuper eundem prologum.

q Mattheus cum primo predicaſſet euan. ⁊c. Prologus iſte diuiditur in duas partes: q2 primo ſcriptor huiꝰ euangelij manifeſtatur. ſecundo ſui euangelij auctoritas declarat̄. ibi: Cum autem plures. In prima parte oſtenditur quando ſcripſit: quia pri-

mus iter

a b ſe vnū cū patre eſſe: q2 vnꝰ eſt. c In quo euāgelio vtile eſt deſiderantibus deū: d ſic prima vel media vl' ꝑfecta cognoſcere: e vt et vocationeꝫ f apl'i: ⁊ g opꝰ euāgelij: ⁊ dilectionem dei in carne naſcētis ꝑ vniuerſa le h gentes intelligāt: atq3 id in eo in quo rep̄henſi ſunt ⁊ app̄hēdere appetūt recognoſcāt. i k Nobis eī in h̄ ſtudio argumēti fuit: l m ⁊ fidē facte rei tradere: p q ⁊ operātis dei intelligendā diligēter eſſe o diſpoſitionē: n querentibus nō tacere.

¶ hiſtorialia. ¶ allegorica. ¶ moralia.

¶ Finit ꝓlogus in euāgeliuꝫ ſm Matth. Incipit aliꝰ in eundē.

q Mattheus cū ꝑmo p̄dicaſſet euāgelium in iudea volēs tranſire ad gētes primus euangeliū ſcripſit hebraice: qđ fr̄ibꝰ a q̄bꝰ ibat ad memoriaꝫ reliq̄t. r Sic enī neceſſe fuit ad cōfirmationē fidei euangeliū p̄dicare: s ſic ⁊ contra hereticos ſcribi. t Cū autē plures euāgeliū ſcripſerint: q̄ttuor tm̄ habēt auctoritatꝭ teſtimoniū: q2 ꝑ quattuor mundi ptes fidem nunciant trinitatis: et ſunt quaſi quattuor rote in quadriga domini que vehit eum per predicationem euangelij: et genus humanum quadrifida morte peremptum eorū erat predicatione viuificandum: vnde et aliorū euangelia deciderunt: nec recepta ſunt: quia nolebant p̄finitum numerū caſſari ꝓpter virtutē ſacramenti. Deſignantur etiā euangeliſte quattuor figuris: que nō ſunt deceptorie ſed iocūdi myſterij ſibi conſcie. Mattheus in homine intelligitur: q2 circa humanitatē chriſti principaliter immoratur. Marcꝰ in leone: quia agit de reſurrectiōe. Lucaſ in vitulo agēs de ſacerdotio. Johannes in aquila ſcribens ſacramenta diuinitatis. Chriſtus vō quem deſcribunt homo fuit de virgine natus: vitulus in immolatione: leo in reſurrectiōne: aquila in aſcenſione. Vel i homine humanitas: in vitulo ſacerdotiū: in leone regnuꝫ: in aquila exprimitur diuinitatꝭ ſacramētum.

¶ Finit prologus.

mus inter alios euangeliſtas. vbi ſcripſit: quia i iudea. qualiter ſcripſit: q2 hebraice. quare ſcripſit: vt veritas euāgelij certa maneret apud credentes: in iudea a quibꝰ recedebat volens p̄dicare gentilibꝰ iudeis ꝓ maiori parte in infidelitate obſtinatis. hoc enim fuerat eis preceptū a dn̄o ſm quod dicitur Act. xiij. Vobis autem oportebat primum loqui verbum dei: ſꝫ quoniam repuliſtis illud ⁊ vos indignos iudicaſtꝭ eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. ſic enī p̄cepit nobis deus. hac igitur de cauſa Mattheus volēs tranſire ad conuerſionem gentiliū ſcripſit fidelibus in iudea remanentibus euangelium: vt illuc concurrerent ꝓ certa regula ad euitādum errores hereticorum inſurgentium. ⁊ hoc eſt qđ ſubditur: r · Sicut enim neceſſe fuit ad confirmationem fidei euan. predicatione. ſ. confirmata euidentibus ſignis: vt dicitur Marci vlti. s · Sic ⁊ contra hereticos ſcribi. vt ceſſantibus miraculis poſſemuſ recurrere ad doctrinam euangelicaꝫ doctrinis et miraculis confirmatā: ſicut ad regulā certā hereſes inſurgentes confutantē. t · Cum auteꝫ plures euāgelium ſcripſerint ⁊c. Hic oſtenditur euangelium Matthei autenticum. et primo oſtenditur quod dictum eſt. Secundo declaratur quoddā ibi poſitū. ibi: Deſignantur. In prima parte dicitur ſic q2 plures ſcripſerunt euangelium. Et aliqui ſcripſerunt ſub nomine apoſtolorum et diſcipulorum chriſti: immiſcentes eidem falſitates: vt facilius ſub nomine apoſtolorum fideles deciperentur. Et ad hoc euitandum quattuor euangelia quorum ſcriptores ſunt certi et noti: ſūt ab eccleſia recepta et approbata. Et hoc rationabiliter: quia numerus quaternarius euangeliorum fuit prefiguratus Ezechiel. i. vt predictū eſt. Sunt enī euangeliſte quaſi quattuor rote in quadriga domini: quibuſ portatur fides xp̄i per totum mundum. ſimiliter genꝰ humanuꝫ quadruplici morte fuit peremptum in tranſgreſſiōe ade. primo morte culpe. ſecundo morte nature: quia ꝑ hoc incurrimus neceſſitatem moriendi. tertio morte gehenne: quia ex hoc omnes deſcendebant ad limbum vſq3 ad liberationem per chriſtum factam. Quarto morte ciuilis pene. Eſt enim mors ciuilis pena ſeruitus vel exiliuꝫ per que ſcinditur aliquis a communitate. Per peccatum autem genus humanum erat eiectum a ciuitate celeſti et ſubditum ſeruituti diaboli. igit̄ cōueniens fuit numerus quaternarius euangeliorum: quia per ipſorum p̄dicationem genus humanum quadrifida morte peremptum ⁊ viuificandum deſignatur. v · Deſignantur etiam euangeliſte q̄ttuor figuris. Hic declaratur quoddaꝫ dictum: videlicet qualiter euangelia predicta fuerunt prefigurata: Ezech. i. Et patet ex predictis qualiter in q̄ttuor faciebus ſignificantur quattuor euangeliſte: ⁊ ſic patet textus.

¶ Finit expoſitio iſtius prologi.